

Ann. IV.

Num. XXIII.

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

BIS IN MENSE PRODIT

Pretium annuae subnotationis, *ante solvendum*, est: in Italia Libellarum 10;
ubique extra Italiam Lib. 15; M. 12; Sch. 12; Doll. 3; Rubl. 6; Flor. 7½.

Inscriptiones et omne genus indicationes pretio aequissimo referuntur, quod est in extremis commentarii paginis
Lib. 0.50 pro unoquoque centimetro quadrato.

Cuncta mittantur ad ARISTIDEM LEONORI equitem, commentarii VOX URBIS possessorem et administratorem

ROMA — Via Alessandrina, 87 — ROMA



Subnotatio fieri potest:

IN RUSSIA

Apud GEBETHNER ET WOLF

VARSAVIAE POLONORUM
rakowskie Przedmiescie, 15

IN ANGLIA

Apud BURNS AND OATES

LONDON W.
28, Orchard Street.

IN CIVITATIBUS FOEDERATIS AMERICAE SEPTEMTR.

Apud FRIDERICUM PUSTET

S. Sedis. Apost et S. Rituum Congr. Typogr.
NEW YORK
52, Barclay Street.

CINCINNATI
436, Main Street.

IN GERMANIA

Apud FRIDERICUM PUSTET

S. Sedis. Apost et S. Rituum Congr.
Typogr.

RATISBONAE in BAVARIA

IN CANADA

Apud LIBRAIRIE GRANGER FRÈRES

MONTREAL
1699, Rue Notre-Dame.

RERUM INDEX

SOCIIS COMMENTARIU « Vox Urbis » PRAEMIA CONSTITUTA IN AN. MCMI. *Vox Urbis.*

DE GRAMMATICA HEBRAICAE RATIONE EMENDANDA	M. Belli.
CAECILIA (Fragmentum)	C. Valenza.
GRAECAE ET LATINAe ADNOTATIUNCULAE	P. Angelini.
EX GERMANIA « Sociales Cellae Vinariae » apud Germanos	P. Alt.
TANNHÄUSER EQUITIS FABULA	I. Antonelli.
COMMUNIA VITAE. - Latinitati utile, recens, vaporitraha rapiente, iter.	H. D. V. Pieralice.
DE AMERICANARUM RERUM OSTENU AD URBEM UROPOLIM	H. Doswald.
DE HOROLÓGIIS	G. P.
ANNALES	Poplicola.
PUBLICI PER ORBEM COETUS LEGIBUS FERENDIS	Scriba.
AENIGMATA	O. Schultze.

In tertia operculi pagina:

PER ORBEM	Viator.
VARIA: Fulmina et arbores. - Berolini animalium annua caedes ad esum. - Femineum Imperium. - Batavia horologia. - Ioci . . .	P. d. V.
LIBRI RECENS DONO ACCEPTI.	

ROMAE

EX OFFICINA PACIS, PH. CUGGIANI

35, Via della Pace

MCMI

COMMENTARII "VOX URBIS,,

SOCIS ET LECTORIBUS

IN ANNUM MCMII

QUADRIENNIO iam assueti, diebus hisce redeuntibus quotannis et facta respeximus, et facienda promisimus; illa ut ostenderemus nos religiose fidem servasse, haec ut iucundiora sociis nostris polliceremur. Nullum quippe mortale opus est, quod ipso in exordio undequaque perfectum sit atque expolitum, ipsaque signa Mironis, affabre quamvis conflata, polientis minima limae labore et mora indigebant.

Itaque commentario nostro unusquisque annus plura attulit emolumenta, sive amplificanda indicaret, sive minuenda ostenderet, sive nova inducenda suaderet, sive penitus exterminanda monstraret. Qua quidem in re magni fuit nobis opera sociorum, qui vel missis epistolis, vel communicatis ore consiliis, vel datis eluebrationibus undique gentium nonnulla emendarunt, plura auxerunt, plurima perfecerunt. Nos autem dociles gratique tantis viris laeti accipiebamus quae mittebantur, et morem gerebamus eruditis, quorum nominibus quasi totidem stellis commentarius noster coruscat, et, audientes dicto in meliora conantium, in meliora pariter nitibamur. Ita coniunctis viribus, factum est ut ex nostratis atque exteris nemo nobis crimen impegerit, quasi promissa dedissemus, quae non ad unguem praestitissimus.

Unum illud supererat, ut **constitutum praemium aurearum mille libellarum** ad provehenda studia conferretur. Sed hoc etiam vinculo nos feliciter expedivimus; nam kalendis Novembribus praemium illud sorte adiudicatum est

LUDOVICO DE RUBEIS

EX IGUVIO,

ad quem aurea illa missa iam sunt.

Hoc itaque nexu exsoluti venientia perspicimus laeto animo tempora, praecipuum quasi indicantes callem, per quem proximo anno gra-

diemur. Meta quidem una est, incrementum latinitatis; quam tamen in metu, non una sternitur via. Nos neque superbe tenuisse magnis itineribus propositum finem, neque semitas creasse confitemur, contenti exiguo calle, quem ab ipso commentarii exordio inivimus. Cui quidem nec spinae, nec sentes defuerunt; sed propositi tenax animus, sed conscientia boni, sed gratia vestra, o socii, sed labor assiduus omnia vicerunt, ita ut quasi e collis apice superata spatia respiecentes, non quidem ab ipso condito commentario, sed ab iis, quae superioris anni initium signarunt, laetari liceat et fructus uberes, et iucundissimos visu flores percepisse una cum laude sapientum.

Enimvero elabente iam anno auctus est commentarius figuris, eluebrationibus, nitidioribus litterarum notis; auctus non mediocriter scriptorum numerus, quos inter magno cum gaudio accensuimus viros litterarum fama clarissimos. Accessit scriptorum centuria, quibus calidus iuventa sanguis fervet, et spes arridet, et est praesaga boni voluntas. Iamque hisce

sunt fortia bello

Pectora, sunt animi, promptaeque ad fortia vires;

ac tempus erit, quo non inter triarios modo, sed et inter primipilos, dueisque versentur. Igitur spes magna arridet fore ut, hisce adeuntibus, et alios atque alios allicantibus, messis uberrima crescat, et vetus gloria latinitatis tandem aliquando revirescat.

Vos autem maxime, adolescentes, illud ne fugiat, in litteris fieri, quod in aedificiis exstruendis quotidie videtis. Non unius opera, non uno lapide illa excitantur, sed coniunctione plurium; hi enim caementa comportant, hi lapides, hi arenas, hi fontem, hi lateres, hi trabes, hi tigillos, dum illi saxa scalpis aptant, illi marmora secant, illi varia obeunt munera ut opus exsurgat ad solaria, ad teeta, ad crepidinem,

ad fastigium. Ferat unusquisque vestrum quod potest, qui simul omnes omnia potestis; nam unusquisque sua regionis praestabilia novit, quae, si notarit communicabitque, coalesceat opus, et commentarius noster, cui patent omnia litora regionesque omnes orbis terrarum, dominium gentium, quod latina lingua tenet, notitiis undique susceptis, facile praeferet ipso in incessu, et in fronte.

Quae igitur monumenta vel sub dio pateant, vel reperiantur effossa, quae industriis, negotiationibus, commerciis terra marique tententur, quae denique in omni genere usui hominum inventa sint, a singulis vobis expectamus, qui non mediocrem honorem apud omnes eritis adepturi ex restituta latinitate, in quam feliciter incubuistis, pelago ratem primi committentes.

Atque haec pars auxilii est, quod flagitamus. Nam, si quid gratiae apud socios ac lectores labores nostri meruerunt, illud etiam vehementer petimus, ut qui nomina commentario dederunt, non ipsi modo in proposito content, sed suos inter amicos sociorum numerum quaerant. Impendia quippe enormia sunt, quibus pares non efficimur, nisi societate multorum. His autem largienda futuro anno praemia, eademque more nostro munifica, proposuimus, quae hoc in commentarii numero describuntur.

Omnis interim, queis voluntas aequa in nos sit, admonemus uti recto, prout aiunt, tramite pretium annuae subnotationis *Romam* mittant ad Aristidem Leonori Equitem, *Comm. Vox Urbis possessorum et administratorem, Via Alessandrina N. 87*; quod pretium est in Italia Lib. 10; ubique extra Italiam Lib. 15; Mar. 12; Sch. 12; Doll. 3; Rubl. 6; Floren. 7 $\frac{1}{2}$. Qui cito fecerint, commentarium accipient ab ipso subnotationis die (etiamsi hoc anno MCMI) ad expletum usque annum MCMII.

VOX URBIS.

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

PRETUM SUBNOTATIONIS:

In Italia: Lib. 10 — Ubique extra italicam:
Lib. 15, M. 12, Sch. 12, Doll. 3, Rubl. 6, Flor. 7 1/2.

BIS IN MENSE PRODIT

POSSESSOR ET ADMINISTRATOR:
ARISTIDES LEONORI, eques.
ROMAE — Via Alessandrina, 87.

SOCIIS COMMENTARII “VOX URBIS”, PRAEMIA CONSTITUTA IN AN. M CMII

COMMENTARIUS noster, cui ab exordio proponitum fuit, eritque etiam in posterum, quidquid bene latinitati vertat, omni industria, diligentia, labore promovere, et optimas quasque disciplinas, artes ac studia fovere, iuvare, augere, facientibus una nobiscum tot viris amplissimis, tot adolescentibus haud mediocre doctrina praeditis, et voluntate ornatis egregia, quemadmodum in superiore numero dictum est, nihil intentatum hactenus reliquit, nec est relicturus ad assequendum eiusmodi finem nobilissimum. Quos quidem conatus mirifice decorarunt exitu omnia, quae vel suapte natura, vel data opera consilioque acciderant; nam undique et epistolae et elucubrata scripta mituntur, quibus commentario nostro magna acedit auctoritas ac dignitas. Id autem perspicue ostendit ubique terrarum revirescere eius linguae desiderium et decus, quae tot olim gentes imperio, religione, cultu, moribus, copulavit. Atque utinam reddatur nobis actas illa beatissima, quum hominum genus «labii unius erat et sermonum eorumdem»! Grande sane votum, at non audax, si segregatae vires ac dispersae consocientur. Nos quidem non impendiis percimus, non vigiliis, non curis ut sociorum dignitati Commentarius par esset, ac talis floret, qui in se eruditorum oculos atque ora converteret, ipsisque placeret, propter quos edebatur.

Sed «alterius sic altera poscit opem res et coniurat amice». Iam quid moramur desiderium prodere, quod nobis «manet alta mente repostum?» Socios optamus multitudine innumerabiles, locis infinitos, omnibus Minervae gratias copiisque abundantes, qui nobis prosint opere, consilio, iuventque gravitate nominis, varietate regionum, multiformi ingenio, atque opibus ipsis; illa enim invocamus, haec despiciere suscepta moles impensarum non sinit. Neque enim in quemquam suspicio cadet, nos vili desiderio lucri teneri, si modo quod sit Commentarii genus, quae forma, secum reputaverit. Magnum erit nobis si, aucto sociorum numero,

lieeat, grati animi testimonium, nova praemia quaerere ipsis distribuenda viri. Equis e sociis nullum habeat amicum? Equis amico non suadeat ea facienda, quae ipse facit, dum poscit ut inter socios adnumeretur? Nonne patet latissime campus, si ad vota nostra vocentur propinqui, affines, athenae, gymnasia, et quotquot sunt coetus, collegia, in quibus iuvenes erudiuntur; si vocentur qui venales habent libros, ab iisque petatur ut suos inter clientes Commentarii notitiam quam maxime vulgandam curent? Hoe denique persuasum omnibus esse cupimus, nulla re citius diffundi posse Commentarii notitiam, quam sedula uniuscuiusque socii cura tamquam proprii negotii, nec posse melius ostendi quanto in honore habeatur Commentarius ipse, quam si suo quisque nomini saltem alterum addat in album sociorum referendum. Iis autem qui id praestiterint ut grati animi significationem exhibeamus, dona pollicemur quae vincant novitate spem, atque expectationem omnem. Sunt autem haec.

Compertum est paene omnibus, Florentiae aedificium esse fratrum Alinari proprium, in quo, artificio mirabili «photographica» plurima undique exquisita, exprimuntur. Nos iampridem ab eius officinae dominis libenter concessa usi facultate sumus referendi in imaginibus Commentarii quotquot ex opificio eorum tabulae placuissent; qua quidem potestate intra urbanitatem et non sine magna lectorum delectatione hactenus usi sumus. Hi autem Alinari fratres, qui tanta felicitate eiusmodi industria potiti sunt, per eamque, parta sibi singulari scientia lucis, egregiam sui nominis famam undique gentium divulgavunt, experimentis plurimis patientissime adhibitis, tandem aliquando id sunt consecuti, quod ferme maximum in re videbatur, quomodo tabulis, imaginibus, locis, regionibus aptarent colores eosdem, quibus illa aut natura, aut arte essent praedita. Haec, visu sane mirabilia, Florentiae his diebus edidit apta officina, quam A. Pini moderatur, patentque metr. 0,30 × 0,40; quod autem super cetera

movet est colorum vis, qua non squalentes apparent imagines, sed clarae, vivae, nitentes quasi e manibus egregii artificis prodierint recentissime. En autem tabularum indicem, quas nostris hisce oculis obstupescentes vidimus, quasque sociis comparaturi sumus:

- I. **Pallas Minerva.** — Tabula ALEXANDRI FIREPEPI (vulgo Botticelli). Est in regiis aedibus palatii Pitti, Florentiae.
- II. Tabula titulo **Madonnina** auctorem habens RUPERTUM FERRUZZI. In ostentu Venetiis habito an. MDCCCXCVII celebratum hoc opus emit servatque Ioannes G. A. Leishman.
- III. **Maria Virgo Mater cum Divino Filiolo.** — Tabula CAROLI DOLCI, in regiis aedibus uti supra asservata.
- IV. **Magdalena.** — Eiusdem DOLCI tabula est in pinacotheca degli Uffizi, Florentiae.
- V. **Maria Iesum puerum adorans.** Effigie ANTONIUS ALLEGRI (vulgo il Correggio). In eadem pinacotheca.
- VI. **Idem argumentum quod tractavit PHILIPPUS LIPPI.** Ibidem.

Habebunt ex his pulcherrimis «photochromis» unam, prouti elegerint, singuli socii, qui, praeter suam subnotationem, recto tramite ad Aristidem Leonori equitem, commentarii VOX URBIS possessorem et administratorem, Romanam, via Alessandrina, 87, persolutam missamque, novam subnotationem cum eiusdem pretio miserint. Quot autem erunt subnotatores novi, totidem photochromias iuxta optionem accipiet qui ipsos procuravit. Qui vero novos subnotatores miserit duos, hic vel duas, quas maluerit, photochromias eliget, vel tertiam sibi subnotationem nullo pretio.

Proposita haec dona, quae sociis futura grata confidimus, animos addant ad latinitatis causam tuendam, quae optimo cuique est causa humanitatis.

VOX URBIS.

DE GRAMMATICA HEBRAICAE
RATIONE EMENDANDA⁽¹⁾

Veniamus nunc ad clarissimum Lollium, eius opus, dignum quod ab omnibus hebraicæ linguae studiosis grato animo excipiatur, in lucem prodit Patavii ex officina Sacchetto, anno MDCCCLXXXII. Quid igitur de magistro nostro, sine partium studio, iudicemus? Lolliana grammatica, quae tamen perspicuitate, ordine, diligentia, typorumque niture, Luzzattio et Paggio antecedit, nimis occupatur in singulis librorum sacerorum grammaticis exceptiunculis; quarum accurata disceptatio, si labor perfecti operis est, sique fastidiosorum hominum ingenia iuvat, officit, velis nolis, brevitati illi, quam Venusinus magister « praecipientibus » idest docentibus necessariam omnino esse contendit. Itaque nostris in votis est ut Lollius, copiosissima qua abunde pollet doctrina, ex maiore suo opere compendium pro scholis excerptum, quod planiori ratione omnibusque solutum ineptis iunioribus discipulis hebraicæ linguae thesauros reseret, iterum edat.

Lollo succedit Franeiseus Seerbus, cuius nomen inter eruditos celeberrimum fertur, auctor grammaticæ hebraicæ, italice conscriptæ et Florentiae apud Loescherium et Seeberium editæ, anno MDCCCLXXVIII. Sed hic in virum ineditimus præ ceteris admiratione dignum, quod primus ex nostratis abstrusam et maneam antiquorum grammaticorum rationem ex integro novare tentavit. Etenim in linguae hebraicæ grammatica coneinnanda id peculiare Seerbo fuit, ut verborum radices eum ceterum linguarum semiticarum, quae hebraico sermoni affines sunt, frequenter comparando, grammaticæ quam recentiori nomine « comparatam » vocant fundamenta iaceret, tutiusque ita cuius sternet iter ad intimam verborum struturem investigandam. In quo Seerbus equidem probatis operibus Ewaldii, Gesenii et Wrightii sapienter usus est, sed ex suo non-nihil contulit, quo perfectius opus absolveret. Utrum vero Seerbi grammatica scholis neene opportuna sit, libeat audire Italum Pizzi, qui de ea ita iudicat: « Exstat Grammatica hebraica, italice conscripta a Francisco Seerbo, clarissimo philologiae doctore, iam olim Linguae persicæ et zendicae discipulo meo carissimo, quae bene de hebraica philologia apud nostrates est merita, quaeque tamen eiusmodi est ut tironum in manibus tradenda non videatur, sed omnium qui, eum hebraicas litteras iam adiverint, penitorem linguae eius doctrinam assequi student regularumque ipsarum intimam, ut ita dicam, rationem dognoscere cupiunt ».

Agmen claudunt Canonicus Re taurinensis, Italus Pizzi et Isaías Luzzatto, de quibus, prouti res postulat, aliquid pro merito diceamus.

Canonicus Re in sua grammatica (2), omnes difficultates quae ex vocalium mutatione oriuntur penitus abrogavit « quod haec res operosa et sollicita sit, in qua iuventus cum multo sudore se exerceat et cum exiguo fructu ». Hinc

(1) Cfr. num. sup.

(2) Opus modeste ab auctore inserbitur *Methodo breve e in parte nuovo per imparare a tradurre la Bibbia ebraica*. Editum est Augustae Taurinorum ex off. I. B. Paravia et Soc., 1894; constat pag. 56.

perbrevis canonici Re grammatica iis tantummodo inservire debet, quibus propositum est aliquid ex hebraico in italicum sermonem transferendi, ut in studiis biblicis fit. Ratio quidem valde probabilis, sed nimius brevitas amor efficit ut auctor, nonnullis locis, obsevitate labore. Insuper non desunt plurimæ typorum mendae, quae textum passim incomptum reddant.

Contra Italum Pizzi (1), orientalium linguarum peritissimus, id spectavit feliciterque est assecuratus, ut veteres grammaticorum leges novis philologiae praecepsis, aequo modo, temperaret, siveque, ab ineptis alienus, facilis legentibus occurreret. « Scientiae philologieae praeepta secutus, non tamen rationem, quam πραξις κατά vocant, negligere volui. Cupio immo, ut libellus meus magis πραξις κατά quam θεωρίας, cum ad scholas tantum sit deferendus, et videatur et sit ». Perlegat attente tiro cap. II de trilitismo, seu de fundamento totius linguae hebraicæ grammaticæ structurae, nihilque inventit quo expeditiori modo diseat verborum satis implexam coniugationem.

Postrema exstat brevis eademque diligens grammatica Isaiae Luzzattii (2), de qua late iam disputavimus in Commentario, cui Scintilla nomen fuit, quod, Venetiis, auspice Leonardo Perosa, anno MDCCXCIV, edebatur; nunc placet haec pauca perstringere. Notatu digna sunt: a) caput de alphabeto in ortologia, quo perspicue traduntur praeepta de natura et quantitate vocalium, deque litterarum recta pronunciatione; b) exercitia pro praxi, quae in omnibus grammaticis, Pizzi excepto, frustra desiderantur, quaeque nemo ignorat quantum ad descendum conferat.

Ita molesto grammaticorum ordini, qui, in Italia, saeculo elapo, floruisse, finem imponimus. Transeamus nunc ad alteram quaestionis partem, idest de ratione et ordine, quam grammatici, de quibus hueusque diximus, secuti sunt.

(Ad proximum numerum).

MARCUS BELLI.



CAECILIA⁽³⁾

(Fragmentum)

Cernuus at iurenis, defixus lumina terrae,
Turbidus ora, imo suspiria pectore ducit.
Et modo pallescit, modo curis aestuat atris:
Vis areana agitat, permiscet et intima cordis.
Improvisa animo surgit sententia, cedit
Et mutata loco, veluti vi turbinis acta.
Nec mora, nec requies: turbantibus aequora ventis
Ceu fluctus instant volvuntque ad litora fluctus.
Quaeque ipse audierat surgunt incondita mente.
Miris monstra modis supero splendentia caelo
Quem non allicant?... Veris falsisne virago
Lusit imaginibus? Spretique iniuria amoris
Immanis surgit mente... et meminisse perhorret.
Susppirat, frendensque suo succenset amori.

(1) Elementa grammaticæ hebraicæ cum chrestomathia et glossario, etc. — Augustae Taurinorum, ex officina typographica salesiana, MDCCXCIX, pag. XI-209.

(2) Ed. ex off. Hoepli. — Mediolani, 1897.

(3) Cfr. RUINART, *Acta Martyrum*.

Attamen haud verum puerorum haurire cruentum Christicolas, humanum aris imponere honorem?
His equidem coniux aliena, et finxit amicum
Ipsa suum Numen, nimio quod praeditum amore est
Et pro terrigenis sua cuncta paciscitur: et iam
Elysios inhat Christi mansuraque dona
Perfixus desiderio: iam flectere coepit
Sese et Christo haerere Deo: atqui Numen adoret
Romanus vixor natum de gente subacta
Infamemque colat truncum, fera praemia serro;
Qui documenta sequi, qui iussa capessere Christi
Humanos sensus cohidentia, blandaque vota?
Ambigit incertus: sponsae sustollit in ora
Lumina,... spinosas sensit vanescere curas
Inque animo sensim placidam insedisse quietem.
Fascinat atque illum emolliit sponsa illice rultu
Infectitque trahitque potens; irritat amorem.
Ah hunc turpe nefas rultum depellere! tristis
Vita sine hoc rultu est! Lex at permisit habendum.
Cur interiectus Christus retat, atque potitur
Ipse sibi accipiens? Romae quis legibus obstat?
Quis Christus? num audet Romanis ponere iura?...
Et coniux subit de Christo magna loquuta...
Deperit afflictus Christum: mox respuit... haeret
Hinc Christo: in sponsam sed enim vis gliscit amoris.
Uritur infelix curis oppressus acerbis,
Cum tandem impatiens rumpit de pectore voces:
« Dic mihi, dic, coniux, misero quid restat agendum?
Cor tumet, exardet mens, me cura anxia torquet.
Iam mihi longinqui tentabitur aequoris unda;
Orbe pererrato, herculeos tentabo labores,
Sidera descendam, subeam nigra Tartara virus.
Tu me sola trahis: quaecumque facessere mandas
Ipse volens faciam: mihi dulce subire labores
Dum mihi iungaris stabilis: te coniuge laetus
Qualemcumque traham vitam: eia age, rumpe morandi
Causas: meque gravi curarum pondere solve.
Per te, sponsa, precor, cernant mea lumina Christum
Aligerumque tuum; potiar sua gaudia, pax et
Corde meo insideat, vitam mansura per omnem ».
Olli sedato respondit corde virago:
« Non opus est tantis caput obiectare periclis,
Valeriane, tibi: satis est leviora subire.
Moenia qua surgunt, via qua patet Appia, gressus
Fer cito, et Urbanum quaeras quo se occulit; illum
Nec mora, adi, promptusque geras quaecumque monebit.
Tunc tandem Aligeri aspectu gaudere licebit,
Valeriane, tibi: tum gaudia sancta potiri
Cum Christo, et lucis consors pacisque beatae
Ducere iam poteris, pacato turbine, vitam ».
Dixerat; et iurenis tum fulminis ocior alis
Incensus mentem, turbatus corda tumultu
Lymphatus veluti se limine proripit amens
Et volvuntur gressus, via qua patet Appia, flectit.
Aurea vix caelo radiabant astra sereno,
Lene susurrabant zephyris efflantibus aurae,
Spargebatque polo roseos Aurora capillos.

CAIETANUS VALENZA.



GRAECAE ET LATINAE ADNOTATIUNCULAE

TRIPLEM quaestionem agitavit nuper vir el. Aloisius Mannuecius in opuseculo ad nos missio eni titulus: *Noterelle Filologiche* (1). Prima est Thucydidea quaestio, altera Terentiana, tertia Horatiana.

(1) Emporii ex Offle. Ed. E. Traversari, 1901.

Thucydidis 1
e. 82, § 4:
« Καὶ τὴν εἰ
σὲ τὰ ἔργα ἡγέ
γέρα ἀλόγιστος δ
λησις δὲ προμη
θρον τοῦ συνάδε
ζυντὸν ἐπὶ πᾶ
σὺνδρος μοίρᾳ π
βουλεύσασθαι: ἢ

Huius loci el
ita multo ante i
suit legendum es
extremum exhib
telligendum ver
τροπῆς πρόσωσι
ἐπιβούλευσασθαι
tatio, quam lat
omnibus (aestim
impetus amens
rilis; insidias
vendi (adscriptu
vandi ».

Huius interpre
qui censem lege
habet codex Da
βουλεύσασθαι.

Duplicem aut
affert, utramque
quarum prima
ut legitur in a
Thucydidei Lor
recto ponantur,
eur is mutari de
λεύσασθαι: quide
test; sed id non
tioni, quae, Hern
non verba. Pro
legatur τοῦ, quo
terta causa est rat
ut sex illa opp
exsurgant. Id en
mutata arbitrio
ad significandas
sulta habita est (1
sollicita; II) o
III) moderatio
omnibus, inertia
inconsiderata, fe
berando (χαράλε
speciosa dilation

Huius opinioni
simi Festa et Zu
interpretationem
Atene e Roma
lettino di Filol

Sequitur Tere
versibus in Ade
poeta se contra
minibus nobilib
tum esse crimin

Nam quod dieu
Eum adiutare a
Quod illi maled
Eam laudem hic
Qui robis univo
Quorum opera i
Suo quisque tem

(1) Lipsiae, Teubn

Thueydis locus is est qui legitur lib. III, c. 82, § 4:

«Καὶ τὴν εἰωθυῖν ἀξίωσιν τῶν ὄνομάτων ἐς τὰ ἔργα ἀντῆλλαζεν τῷ δικαιώσει. τόλμα μὲν γάρ ἀλόγιστος ἀνδρία φιλέταιρος ἐνομίσθη, μέληκος δὲ προμηθῆς δειλίχ εὐπρεπής, τὸ δὲ σθόρον τοῦ ἀνάνδρου πρόσγυμα, καὶ τὸ πρὸς ἄπειν ξυνετὸν ἐπὶ πᾶν ἀργόν· τὸ δὲ ἐμπλήκτως ὅξεν ἀνδρὸς μούρος προστέθη, ἀσφαλεῖς δὲ τὸ ἐπιβουλένσασθαι ἀποτροπής πρόσχοις εὐλογος».

Huius loci cl. doctor Aloisius Cicerius haud ita multo ante interpretationem aggressus censuit legendum esse ἀσφαλεῖς pro ἀσφάλεια, quod extremum exhibent plerique codices, et subintelligendum verbum προστέθη; praeterea ἀποτροπῆς πρόσχοις εὐλογος; apposita esse infinito ἐπιβουλένσασθαι. Quare haec est eius interpretatione, quam latine reddimus: «Prudentia in omnibus (aestimata est) inertia in omnibus; impetus amens adscriptus est virtuti animi virilis; insidias moliri, speciosa causa praevendendi (adscriptum est), desiderio sui conservandi».

Huic interpretationi contradicit Mannuecius, qui censet legendum esse cum Hude, prout habet codex Danicus (1), ἀσφάλεια δὲ τοῦ ἐπιβουλένσασθαι.

Duplicem autem cur ita existimet causam affert, utramque, ut videtur, satis probabilem, quarum prima est ratio concinnitatis. Nam, ut legitur in adnotatione quadam editionis Thueydideae Londinensis: «cum alia in easu recto ponantur, non videtur esse idonea ratio, cur is mutari debeat in obliquum. To ἐπιβουλένσασθαι quidem vice nominativi fungi potest; sed id non convenit huius generis orationi, quae, Hermogene iudice, nomina postulat, non verba. Pro τῷ autem fortassis non peius legatur τοῦ, quod quidem Codd. habent». Altera causa est ratio perspicuitatis, quae postulat ut sex illa opposita, seu *antitheses*, luculenter exsurgant. Id enim sibi vult Thueydides, immutata arbitrio fuisse vim et usum verborum ad significandas res; nam I^o) audacia inconsulta habita est (tamquam) fortitudo amicorum sollicita; II^o) cunctatio prudens, timiditas; III^o) moderatio, socordia; IV^o) prudentia in omnibus, inertia in omnibus; V^o) virilis animus, inconsiderata festinatio; VI^o) prudentia in deliberando (ἀσφάλεια δὲ τοῦ ἐπιβουλένσασθαι) causa speciosa dilationis.

Huic opinioni videntur accedere viri clarissimi Festa et Zurettius, quorum uterque Cisorii interpretationem reiecit, alter in commentario *Atene e Roma* (an. II, n. 8); alter in *Bollettino di Filologia classica* (an. VI, n. 4).

Sequitur Terentiana quaestio nula de notis versibus in *Adelph.*, prologo (15–21), quibus poeta se contra eos defendit, qui ipsum ab omnibus nobilibus in scribendis comoediis adiutum esse criminauerunt:

Nam quod dicunt isti malivoli, homines nobilis Eum adiutare assidueque una scribere, Quod illi maledictum vehemens esse existuant, Eam laudem hic ducit maximam, quom illis placet, Qui vobis univorsi et populo placent; Quorum opera in bello, in otio, in negotio Suo quisque tempore usust sine superbia.

(1) Lipsiae, Teubner, MDCCXCIV.

Itaque alii, quos inter Plessius, Pessonneaux, Stampinius, extreum illud sine superbia referunt ad « homines nobilis », qui etiam tenuiorum causas sine fastu agerent; alii vero ad « quisque ». Ex his Spengelius ita intelligit: « quorum opera quisque usus est sine superbia; id est: nec tamen ideo superbii, quod talium virorum opera uteretur ». Etiam I. Cupaiuolus, vir de Terentianis quaestoribus sane meritus, cum Spengelio sentit, illud « sine superbia » referendum esse ad pronomen « quisque », sed ita fere interpretatur: « Nemo vestrum tanta superbia fuit, ut eorum opera suo quisque tempore non uteretur ».

Utriusque viri interpretationem reiecit Mannuecius. Ac Spengelianam primum his verbis: «Cum illud « sine superbia » (Ital. *senza perciò insuperbirne*) intellegat, ita Terentii verba interpretatur, tamquam si « malivoli », poetam reprehendant quod ipse superbiam non sumat. Quod quidem quam sit absurdum nemo est quin videat ». Deinde Cupaiuoli interpretationem, quae in Spengelio praesidiū querit, sic reprehendit: «Ac primum scire labore, num malevoli Terentium incusaverint, quod eum non puduisse in comoediis scribendis a nobilibus auxilium petere. Si enim huiusmodi esset contra Terentium accusatio, subaudire possemus quae sequuntur, ab eodem Cupaiuolo conscripta: Si non dedignamini ad ipsos confugere — i. e. homines nobilis — suo quisque tempore, ecce mihi culpe tribuetis quod auxilium petam in scribendis comoediis? (1) Verum cum de auxilio impetrato, non de superbia in petendo auxilio hic agatur, nullo pacto, aut ego fallor, Cupaiuoli interpretatio recto stat tali. Quid amplius? Suam non bene eredo causam tueretur poeta si dicaret, se ab iisdem auxiliis ad fabulas condendas petuisse, a quibus in ceteris negotiis omnes peterent! Quae enim est haec semet defendendi ratio? » — Haec Mannuecius, qui inde colligit, veterem vulgatamque interpretationem novis longe esse praferendam, id est illud « sine superbia », referendum ad « homines nobilis », ita ut haec exsurgat poetae sententia: Cum hi homines nobiles tanta sint humanitate ut minime sese ob collocata apud omnes beneficia efferant, qui ego utpote familiarissimus eorumdem auxilia non experiar?

Iam si licet ea quae sentimus, modesto haud minus quam libero iudicio promere, videtur Terentius neque aperte fateri nec omnino diffiteri se adiutum fuisse a nobilibus viris. Obliqua igitur potius responsione utitur, qua malivolos quodammodo carpit, quasi utens argumento *ad hominem*: — Esto, inquit, quod arguitis, malivoli, me a nobilibus viris adiutum fuisse in scribendis comoediis. Quid ergo? Non et vos in vestris negotiis idem facitis? Unus ego sim ita superbus, ut quod auxilium ceteri petunt sine superbia, ipse repudiem? — Quare quod Mannuecius animadvertisit, in Terentiano prologo non de superbia in petendo auxilio agi, sed de auxilio impetrato, hoc ad malivolos quidem pertinere potest, qui rem petitam spebant, petitionis causam aut non curantes aut dissimulantes, non ad poetam, qui ulti potuit, etiam excusatione non petita, impetrati auxilii causam significare; scilicet ne superbe

se gerere cum nobilibus illis videretur, « quorum opera suo quisque tempore usus sine superbia ». Quod vero de superbiae suspicione cogitaverit poeta, nemo miretur qui secum reputet litteratos viros esse famae suae retinensis, in eamque facilis malivolorum tela, sive recta, sive in obliquum, esse conversa. Contra, nonne alienum atque inopportunum videtur hanc impetrati auxiliis causam assignare, quod nobiles illi homines superbia carerent? Denique collocatio ipsa verborum suadet, illud « sine superbia », ad proximum « quisque », pertinere, nec nisi per vim, haud sine memoriae conatu, ad nobilium operam posse referri.

Tertia quaestio est de illo Horatiano *Stans pede in uno* (I. Sat., 4, 10).

Lucilii versus carpens Horatius, haec habet inter alia:

Nam fuit hoc vitiosus; in hora saepe ducentos, Ut magnum, versus dictabat stans pede in uno.

Lis est inter doctos sintne verba illa « stans pede in uno », referenda ad retentum eiusdem metri usum, an ad versus dictandi facilitatem ac celeritatem. Extremam hanc, vulgatam et communiorum interpretationem tueretur Petrus Rasius (1); in quem animadvertisit A. Mannuecius, ita concludens: «Nunc vero quis non videt consentaneum esse illud « stans pede in uno », intellegi in eodem manens metro, cum magis verisimile sit Lucilium, quo facilius multos brevi tempore versus dictaret, unum potius quam varia adhibuisse metra? » Mox idem adit: «Si Horatius in verbis « stans pede in uno », ad facilitatem et celeritatem scribendi refers, hoc iam in promptu est, Horatium, ad unam eamdemque rem declarandam (celeritatem nempe versus dictandi), duabus locutionibus (« in hora », « stans pede in uno ») usum esse, nulla elegantiae habita ratione ».

Adductae utrinque rationes satis apparent graves; nisi forte Mannueci sententiam aliquantulum infirmare valeat haec animadversio, non idem omnino esse agendi facilitatem atque in agendo celeritatem, quamvis admodum affinia vocabula. Nonne igitur potuit Flaccus celeritatem indicare per illud « in hora », facilitatem vero per illud « stans pede in uno »; quae postrema locutio exprimit hominem lente muro mixum, altero pede prementem humum, altero superimposito; italicice, *con disinvoltura; come se nulla fosse; fumandosi una sigaretta?* Rem si ita interpretetur, non modo nulla erit celeritatis repetitio, sed mira expressa patebit in celeritate tranquillitas; vel sine conatu celeritas.

Ceterum, quaecumque in interpretandis auctorum locis erunt vel aliorum iudicia vel nostra, rem gratissimam facient exculti viri, si cl. doctoris A. Mannueci exemplum secuti occasio n afferant in commentario nostro disputandi de rebus, quae non delectationi modo, sed magno emolumento esse possunt ad penitorem latinatatis cognitionem.

P. ANGELINI.

(1) Cf. *Bollettino di Fil. class.*, V, 2; VII, 5.

Unam semel, ad quam civas, regulam prehende, et ad hanc omnem vitam tuam exaequa.

SENEC. *Epist.* 20.

EX GERMANIA

«Sociales Cellae Vinariae» apud Germanos.

Ad optime conficiendum ex uvis mustum, ex musto vinum, plura non modo, sed plura coniurare simul necesse est; summo calamo vix praecipua delibo; recensere singula longum est. Primo igitur uvae species secerendae, idque ut vinum idem sapiat, ne quod est delicatum obruatur quantitate uvarum, quae delicate non sunt; postea maturiores botri a minus maturis separandi; inde in eodem botro botrisque singulis superior pars, quae semper praestantior est ab infima; inde etiam quidquid corruptum ex acinis amovendum. Ubi haec, de calcandis uvis agetur. At experientia compertum est, quo grandior laetus, et copia maior uvarum, eo melius fieri vinum; hinc parva uvae quantitas non bene dabit optimum vinum. Sed etiam cavendum, ut moderatus et iuxta ritum sit calor in cella vinaria, idque fiat ut musta, tepestentia primum, aestus inde concipient, et effervescent; in hac autem ebullitione magni habendi sunt non dies ebullitionis ferventioris ac tumultuosis, prouti appellant, sed vel horae, vel momenta; atque index experiens adesse laeti debet assiduus, qui iubat musta auferri et in dolia reponi, qui dolia ante expurgata, munda, picata, benevolentia paraverit. Tunc vigil alias, custosque doliorum in haec incombant necesse est, ut ad mensuram sint plena, neque tamen superabundent, quia novus fervor est vino reposito, et facile altera ebullitione disperditur, operculaque in supremo apponantur vitrea cum fistula in areum confecta, quae dum opereculo hinc adhaeret, inde in ollam aquae caput aliud infundat; quo fiet ut, si ex calore vapor (*gaz*) abundaverit, non frangat dolium, nee evanescat clausa vina debilitans, sed sensim emittat quod superabundat, quod fas confinere est ad virtutem vini augendam asservet. Praetereo nunc quae facienda manebunt in commutando vino, ut faciebus depositis in dolio primo, reponatur in altero nitidum et pellucidum, nec facieis aliquid sapiat, nec acescat, nec quid concipient quo vel, ut aiunt, molle, vel surdum fiat. Bonum enim vinum titillat spiritu suo palatum, delectet nitore oculos luci pervium in vitreis lagonis, exsiliat festive in cyathis et in ampullis demissum, sonetque crepante pede, Horatiano verbo, necesse est. Haec, inquam, ita necessaria sunt ad bonitatem et laudem vini, ut quod ex vinis haec omnia non habuerit vel descienda, vel negligenda, vel mala, vel etiam saluti bibentis contraria indicentur.

Non omnes autem ex villis, qui vineas colunt, ex dominis, qui vineas locant agricolis,


haec habent ad unum, quae recensui, tum nempe idoneas cellas vinariae, lacum grandem, optimam dolia; ne singuli campestribus aliis officiis distenti, curisque districti (quippe eodem ferme vendemiae tempore et sementes facienda sunt, et mala pyraque colligenda ac reponenda, et paranda maialibus saginandas glandes, et quae ad olivas colligendas pertinent, ni et ipsae quoque praecoces olivae sint, tempusque praeripiunt, conquirenda) qua par est diligentia rem, loca, diem servare possunt. Hinc nonnullis venit in mentem cellas vinariae praegrandes extrahere

in concilium omnes, qui contulerint uvas, voto miserint de rebus et parvis et maximis indiciatuos. Hi vel per orbem, vel ad annum praesidem sibi rebusque constituant, hi homines, qui operam praestent cellis et eligunt, et statuant, hi suprema potestate facienda decernunt circa vini venditionem, remque omnem iuero pensantes nihil, praeter id quod iuorum societati ferat, exquirunt; quippe et ipsi inter afferentes et socios habentur, ac proinde, dum de aliena re agunt et iudicant, de sua simul re agunt atque decernunt.

Haec autem societas quae a vinariis cellis nomen habet, et quae «Socialis Cella Vinaria» nuncupatur, nec una est; sed plures eiusdem generis hic illuc in Germania omni sorores, ut ita dicam, habet; nee recentes, nec nuperae omnes, sed pleraque iam ab inde constitutae, quae quotannis addendo aliquid, a liquid resecando perfectionem quamdam adeptae sunt opportuna sibi omnia adscientes, supervacanea omnia reiicientes.

Sed, prouti corpus humanum plura membra habet, quibus non modo decorum est, sed quibus illa comparat, quae vitae alendae ac decorandae sunt necessaria, ita haec sociales cellae vinariae quasdam sibi societates vel addiderunt, vel constituerunt, quibus ereserent et alerentur; et sicut pluribus de membris humanis unum corpus efficitur, quo homo est, ita pluribus de societatibus huiusmodi socialis cella vinaria coalescit et constat, quibus et vigeat et floreat. Historiam dico. «Prima societas» coalescit ex omnibus societatibus, quae minores sint, ad venditionem uvarum in communi. Hae societates minores constituuntur inter eos qui eodem in vico, aut in oppido vineas colunt; ex hisce societatibus minoribus altera conflatur, constatque iis, qui eodem in pago, in regione eadem industriae uvarum dant operam;

ex pagani, et regionariis fieri tertia potest, atque interdum fit, quae provinciam totam obtineat. Aut altera illa, aut tertia haec capite, manibusque haeret sociali cellae vinariae, quae sine uvis esse non posset. «Societas altera» est ex omnibus societatibus, quas recensimus, constituta, quae illud unum proponunt ut ex uvis expressa musta postquam in vinum redegerint, hoc vel dominis, laboris pretio soluto, reddant, vel servent vendendum una cum reliquis sibi creditis data occasione opportuna. «Tertia» denique «societas» est ex illis, qui vina hoc modo cumulata vendant, distribuantque per urbes, emporia habeant, negotiatores mercatoresque, quibus credant vendantque, nanciseantur, et reliqua faciant, quae commercii sunt. Sociales igitur cellae vinariae, quae uno sub nomine tres superius memoratas



«Pallas Minerva». — ALEXANDRI PHILIPPI (v. Botticelli) tabulam hanc «photocromie» expresserunt (metr. 0,30 × 0,40) FR. ALINARI, Florentiae, et Vox Urbis sociis dono largitur in an. MCMII (Cfr. huius Commentarii num. pag. 1).

et constituere, suppelletili vinaria omni ornatas, praecoptis omnibus, quae vino sint, armatas, seitissimis peritisque rei custodibus et iudicibus praeditas, in que singuli ex rusticis, ex dominis, qui vel commoda non habent omnia, vel euras rei conficiundae necessarias nequeant impendere, vel cupiant meliora sibi vina comparare, vel digna maiore pretio venalia facere, uvas conferant, quas vendant cellariis, si velint; sin minus, pondere cognito, credant, certas insuper et species uvarum notent. Tum siqua illis necessaria pecunia sit, accipient quasi mutuum datam, reddendam non certo die, sed ubi cellae suprema potestas de vendendis vinis censuerit. Atque hoc est rei ipsius princeps caput. Sociales enim hae vinariae cellae bonos habent patres, probosque viros, quos quasi deuriones

societates com
quam unius e
absolvunt; atc
dorum domin
sequestres vo
nomine interd
vere autem
prestitum rebus
emerint, maxi
ero, at populi
detramento; h
naria constitut
possunt; quip
eus, tum heru
fructum socia
qua, siquid pe
cipit illico, de
habebitur in

Socialis ins
stros, ut ita di
viticolas dem
illos erudiant
solo stercorand
mitibus, puta
omnia quae si
nimo et libelle
habet ad rem
missisque pro
deant utrum p
que, vel minu
rint, in rebella
Qui enim perv
derint, ex albo
tur, neque ex i
tur, aut ered
multum enim i
tales fiant, qu
ad optimum v

Nondum tam
luta, perfecta
socialibus celli
cuniosi viri, qu
tuerunt aemula
omnibus fortas
dantes plura pe
ciales cellae vi
modi esset, prim
alterum condere
stantius, certe f
mo. Ex his qua
tris, ex vaenis
acino expoliatis
plura utilia su
semina pipioni
sima, tum medi
pelles et racem
china peculiar
cimus) primo
probata, ut ita
eruitur, quae c
quae inutilia p
opportuna non
si in solo recor
bolis in venien

Quid si faec
sentiam eamde
paleas foenum
per omne dele

Haec omnia
grandi uvarum

erint uvas, voto
maximis iudicantur
ad annum prae-
hi homines, qui
nt, et statuantur,
decernunt circa
em lucro pen-
suum societati
inter afferentes
dum de aliena
simul re agunt

societas quae a
men habet, et
Cella Vinaria »
una est; sed
eneris hic illie
i sorores, ut ita
e recentes, nec
sed pleraque
nstitutae, quae
do aliquid, a
perfectionem
ae sunt oppor-
ad secessentes,
nia reiuentes.
corpus humanum
bet, quibus non
est, sed quibus
e vitae alendae
nt necessaria,
cellae vinariae
ietates vel ad-
stituerunt, qui
alerentur; et
e membris hu-
as efficitur, quo
ribus de socie-
socialis cella
nt constat, qui
orescat. Histo-
societas » coae-
s societatibus,
ad venditio-
muni. Hae
constituantur
m in vico, aut
lunt; ex hisce
ous altera con-
is, qui eodem
e eadem
lant operam;
gionariis fieri
quae provin-
lla, aut tertia
sociali cellae
posset. « So-
statibus, quas
l unum pro-
ta postquam
inis, laboris
vendendum
ta occasione
etas » est ex
endant, dis-
habeant, ne-
redant ven-
tiant, quae
ae vinariae,
memoratas

societas complectuntur, et ad se alliciunt tamquam unius corporis membra, omnem numerum absolvunt; atque ex iis tum rusticis, tum fundorum dominis utile maximum. Nam illi, qui sequestres vocantur et medi (hoc se decorant nomine interdum lupi sub agni pelle latentes), vere autem *monopolio*, parcite verbo, addicti pretium rebus vile constituunt, quod, ubi semel emerint, maximum suo statuant magno cum lucro, at populi vendentis et ementis magno cum detimento; haec societas, haec sociali cella vinaria constituta, nihil moliri ad alterius damna possunt; quippe quia tum villi-
eus, tum herus fundi laborisque fructum sociali cellae tradit, a qua, siquid pecuniae opus sit, accepit illio, de quo tamen ratio habebitur in venditione vini.

Socialis insuper cella magistrorum, ut ita dicam, agricolas, et viticolas demittit in socios, qui illos erudiant de vitibus colendis, solo stereorando, educandis palmitibus, putandis tralicibus, et omnia quae sint opportuna. Qui nimo et libellos, et ephemrides habet ad rem sociis mittendas, missisque probis viris, qui videant utrum praeceptis monitis que, vel minus, socii obtemperant, in rebellantes animadvertis. Qui enim pervicaces semet ostenderint, ex albo sociorum auferuntur, neque ex iis uvae aut emuntur, aut creditae accipiuntur; multum enim interest quod uvae tales fiant, quales idoneae sint ad optimum vinum.

Nondum tamen res omnis absoluta, perfectaque omnino est in socialibus cellis; sunt enim pecuniosi viri, qui emporia constituerunt aemulatione quadam, qui omnibus fortasse magis abundantes plura perficiunt, quae sociales cellae vix tentant, cuiusmodi esset, primo espresso musto, alterum condere vinum nisi praestantius, certe ferme aequum primo. Ex his quae ex calcatis botris, ex vacuis acinis, ex racemis acino expoliatis adhuc supersunt, plura utilia sunt, grana nempe semina pipionibus atque columbis esca gratis sima, tum mediocri foco si conclusae illae uvae pelles et racemi nudi, acinique urgeantur, machina peculiari conclusa, vini vis (*alcool* dicimus) primo debilis, deinde igne repetita et probata, ut ita dicam, septuplum, potentissima eruitur, quae et magni venditur. Denique ea quae inutilia prorsus superesse videntur, haec opportuna non modo, sed pinguis sunt vineis si in solo recondantur, et fit ex iis foecunda solum in venientem annum stercoratio...

Quid si faeces ex vino adhibeantur ad essentiam eamdem extrahendam, ad aspergendas paleas foenumque, bobus inundissimum et super omne delectabile liquamen?

Haec omnia in minima, vel etiam in non grandi uvarum copia tentanda non sunt; at in

magna illa, quae confluit in sociales cellas vinaria, egregium praestant lucrum, quod virtim divisum domesticae rei exhibit non mediocre cuius socio incrementum. An apud vos in Italia, an et alibi sint eiusmodi sociales cellae vinariae, necone ignoro; certe in finitima Gallia, Rhemi in urbe vidi olim, sed privati viri proprietas erat, in qua per mille et mille dolia vinum, quod *Champagne* nominant, conficiebatur. Optimum est ubique instituere. Quid si dicam, iam apud nos agi de societatibus circa fructus arborum, mala persica, pyra, nuces,

ex versibus praecipue ornatissimis ab Henrico Heine confectis primum novit. Ea quidem non ante occidentem iam XIV saeculum Germanicis a cantoribus recinitur; paulo post Arminius quidam von Sachsenheim poema contextit prolixum de magico quodam monte, cuius in iugis aeternum imperat ver, cuius silvas, omnibus voluptatibus refertas, Venus ipsa possidet una cum equite sibi desponsato, nomine Tannhäuser: inde mons ille voluptatum, mons Veneris dictus (*Venusberg*). Verum paulatim crescit fabula, atque novis ditatur fictionibus, quoadusque saeculo XVI in cantiunculam, lectam profecto atque suavissimam, immutatur, quam Heine poeta tanto in pretio habuit. Summa cantiunculae haec est:

Tannhäuser, eques strenuissimus, virtutis sua, ut erat tunc temporis mos, discrimina tentans, Veneris in montem ascendit; ubi loci voluptatibus captus, Deae in aula per annum moratur, usquedum conscientiae angoribus expunctus, deam, etsi aegre ferentem, consulat, et, nunquam reditus, Romanum migrat, ut veniam erroris a Pontifice impetrat. Sed Pontifex (ita fabulatur historia) nimis severus supplicantibus denegat, virgamque suam in terram figens haec obiurgat: « Ita tu vales ad veniam luerandam peccatorum, uti siccus hic ramus ad germinandos flores! » Tunc ille desperatione vietus ad antiquum montem rediit. Séd tres post dies virescit ecce inopinato virga, tuncque Pontifex circum undique mittit qui equitem querant et ad se reducant, quem frustra tamen illi querantur. Documentum fabulae extrellum hoc est, nullum adeo grave peccatum haberi, quod poenitenti Deus non indulget.

Ethnica haec, ut patet, suis fictionibus fabula; at simul ex medulla Christianae doctrinae dedueta. Nam si per partes argumentum poematis expendimus, ipsam fabulae historiam satis communem de mortali viro narare eventum comperimus, quibus et graeca simul, et latina poemata redundant. Documentum vero totius rei de venia eiusvis perquam gravissimi sceleris poenitenti animo concessa a Deo, catholicum prorsus est. Nomen contra equitis locaque, quae hic ingreditur, Germanica voce insonant. Atqui Tannhäuser vir quidam *βαύρος* saeculo XIII re vera vixit, sed eius cantiunculae, abnormi atque lutulento stilo redactae, cum gestis enarratis prorsus pugnant. Verum cum certam carminis mensuram certumque pedem hic cantor primus versibus aptasset, cumque eius ad normam inveniantur exarata omnia, quae antiquissima habentur de Tannhäusero equite carmina, deducendum est forsan in his rationem reperiri, qua nomen poetae ipsam in fabulam invectum inveniamus.

armeniaca, et huiusmodi, circa ova, circa pullos instituendis, et fortasse institutis? De re, ut primum certa cognovero, seribam. Valete.

P. ALT.

TANNHÄUSER EQUITIS FABULA

Ex poematis optimis, quae Richardo Wagnerio placuit musicis vestire concentibus, ea praesertim de causa quod Germanico purissimo ex fonte deducere sese aquas existimaverit, multa contra, uti Tristani atque Isautae, uti Parsifalii carmen in Germanicos fines ex celtica gente diffuxerant. Huiusmodi est etiam Tannhäuseri equitis fabula, quam ille



« Madonnina » RUPERTI FERRUZZI tabula, quam « photocomice » expresserunt (metr. 0,30 × 0,40) FR. ALINARI, Florentiae, et Vox Urbis socii dono largitur in an. M CMII. (Cfr. huius Commentarii num. pag. 1).

Equis vero eques, aut quo ex loco dedueta primum historia?

Italica fabula est, eaque Germanico poemate longe antiquior, quae persimilem omnino eventum de milite quodam recinit, *Guerino Meschino* nomine notissimo. Hic tamen non in Veneris iuga, sed in Sibyllae cuiusdam ascendit: his obiter commutatis, eadem ad unguem de nostro ae de Germanico equite historia docet: monrem voluptatum concendit et ipse, angoribus animi vietus linquit, Romam venit, sed repulsus rediit ad peccatum.

Vicissim autem fons prima totius rei atque abditum prorsus argumentum, e celticis, uti diximus, finibus repetendum, unde in Insubriam usque, Britannici Oceani nordico ex littore, invectum. Haec innuit plane Gastonius Paris, qui in Lutetiensi commentario *Revue de Paris* abhinc annos tres rem fusius pertractavit (1): num vero eius sententia, tot tantisque vetustatis nebulis circum fundentibus, concludenter probari valeat, nec ipse fortasse asseruerit. Indubium unum id manet, Tannhäuserii equitis fabulam Germanos suam fecisse caramque ita habuisse, ut suo tempore eam versibus Heine ipse vestierit et Wagnerius elegirerit, ut suavissimis concentibus ditaret, et immortale equiti nomen, musices prodigio, compararet.

I. ANTONELLI.

(1) Cfr. hunc comm. idib. Martii MDCCXCIV.

Est tempus quando nil, et est tempus quando aliquid est dicendum: nullum vero tempus est, in quo dicenda sunt omnia.

S. HIERON. *De Disc. mon.*

5]

COMMUNIA VITAE

Latinitati utile,
recens, vaporitraha rapiente, iter.

Qui saepe archeologieae disciplinae caussa Romanas vias percurreti, Valeriam, Flaminiam, Appiam, Salaria, et germanas iis, loca peragrana per quae stratae fuerant, locorum nomen adiacentium a rusticis regionis quaerebam, in quibus aut rudera, aut obtrita tempore caementa aedificiorum videbam. Ita et multa reperii familiarum sepultra, et vicorum, et rerum quae proximae existabant. Saepe in his enunciandi nomen recurrebat idem, nempe *stazzo, stazio*, quod quidem voce editum etsi rustica, etsi plebeja, adamassim latinum illud «*statio*» reddebat. Neque abseondam a similitudine nominis me deceptum olim sperasse poetae clarissimi Statii, qui ferme Vergilius alter haberi potest, incidisse in sepulcrum. Sed frequentiores huiusmodi appellations ab hac me sententia deiecerunt, nam sexcenta fuisse vati erecta sepultra susisset. Quum ergo loca serutarer, apparebant murorum rudera, obritra calcis, arenae, laterum, lapidumque fragmenta, et parietum ordines, quibus manifestum erat illuc aere publico constituta fuisse inter se plus minusque similia aedificia, in quibus currus, carri, carpenta, vehicula et cetera impedimenta rotis delecta morarentur ad tempus. Atque hinc mihi reclusum fuit illud arecanum, quod saepe plures torsis hae illae archeologos, quibus impossibile fuerat explicare et conciliare simul perniciatem in faciundis itineribus apud Romanos cum viarum angustiis, quies utebantur. Eequid angustias dicam? Est in viis illis, prouti restant, visendus adhuc, duplex sulcus in immensis rupibus illis, quibus vias

DE AMERICANARUM RERUM OSTENTU

AD URBEM UROPOLIM

III.

De rebus ostentus minoribus.

CONSTAT sane, mentem humanam esse eam, quae, multis, et variis, et eximiis rebus inspectis atque indagatis, facile fatiscat quietemque deinde appetat. Quam ob causam Uropolitani ostentus creatoris varia et blanda curaverunt palam collocanda, quae animum intermitterent non solum et recrearent, sed demulcerent etiam et percellerent atque necessariam menti praestarent quietem. Est igitur illa «media» quae dicitur via, eo constructa, ut spectatori non tam mentis, quam animi esset oblectamento.

Quum itaque, turri electrica relieta, viam hanc laeti et magno videndi studio ingressimus, egregium illud intremus aedificium in quo — quis crederet? — itineris ad Lunam, remotam illam terrae satellitem, faciendo occasio nobis et potestas praebetur. Ut primum admirandam concendimus aéronavem, funes catenaeque, quibus navis erat obstricta, se solvere, eripitare, navis in aëra se tollere caeloque, effulgentibus et renitentibus stellis, velox approxinquare, dum terra, quasi sub nobis in dehincente esset barathro, globulus esse videtur; in lunam denique adventare, ubi multa et sine dubio singularia atque visu mirabilia oculis obiciuntur. Tota res tali tantaque arte est perfecta, ut id quod per speciem exhibetur, re videatur esse verum. Immane proinde portentum et immensae structurae opus «aérocelys» nun-

eupatum, staterae iugo simillimum, admiratur. Ingens est et ferrea trabs, eius media pars fulcro ferreo nixa, eo fabricata est, ut, quum alter trabis finis in aëre sit suspensus, alter terram sua vice contingat. Opus vero est tantum, ut, dum altera et extrema trabis pars terrae insidet, altera staterae ritu in aëre suspensa, 275 pedes a terra distet, ubi quanto tandem prospectu fruantur vectores, facile patet.

Sed ad illa inferorum descendamus loca, quae a Vergilio et Aligherio descripta in omnium ore feruntur. Ideoque aedificium, cui a tenebris et aurora nomen, sine mora ingredimur, neopinata et mortalibus invisa conspicatur. Profecto, nescio quibus machinarum ambagibus hue illueque adducti, nunc in tetro tenebrarum cavo, ubi tristes nobis occurunt manes, nunc ad horrendum Charontis illine lacum, nunc in miserrimo isto poenarum suppliciorumque orco, electride interdu fulgurante, attoniti immoratur. Negari non potest, quin haec machinarum structura adeo sit perfecta, ut frustra anquiras et quaesites quo nam modo omnia oculis obiiciantur miranda.

Porro via amoenissimis variarum nationum viis et oppidulis est ornata; quippe modo inter Mexicanos et Cubanos, modo inter Latino-Americanos, nunc inter Afros et Iaponos, nunc inter Venetos ipsos versari licet eorumque mores et consuetudines intueri. Esse igitur multa doctissimis viris digna satis eluet; esse tamen et multa non tam hominibus, quam bestiis digna, nemo pudicus neget, qui medium hanc viam lustraverit.

Quae enim natura ipsa horret atque contexit, ea, ut cum voluptate aspici queant, in publi-

consternere solebant (Valeriam consulas pae ceteris); sulcus autem palmo altus (metr. 0,25) in saxo inseritur. Hinc si currus gravis, bobusque tardigradis tractus praecessisset, rhoeda sequens nec superare, nec anteire potuisset. Quid putatis fuisse ex hac mora perenni ad urbem et in urbem, in quam undique omnes populi, novem ferme saeculis, confluere? Erant igitur in viis certo definita intervallo aedificia, quae «stationes» dicebantur, ibique et custodes, et vigiles, et milites et equi et muliones, et baiulorum, metelorumque, servorumque familiae, et cetera, quae necessaria sunt ad viandum, praesto erant querantibus; erant autem et a latere viae, per quas carri segniiores, devii a praecipua semita et magna, abiarent, quasi in refugium, morarenturque in spatio donec certa esset hora sareinis decreta gravioribus, libera interea pateret expeditioribus via. Stationes autem huiusmodi inter X^m ac XII^m distare inter se millionum singulas comperiri. Mea itaque sententia sic existimo, ut aedificia huiusmodi sive urbana, sive, parate verbo, vicana, sive penitus campestria sint, «stationes» et nunc appellantur. Decernit nunc vos, et quid vobis videatur ostendere.

Respondet Forfex: — Nullum recrementum in iis, quae tulisti atque exposuisti; quapropter et probo, et placent; quinimo, cum vox illa «statio» maioribus nostris in delfeis fuerit eadem significatio decora, et Romana civitate iamdiu donata, hanc amplector ac teneo.

— Plaeat, atque ita esto! — prosequens Turo noster addit; — et quoniam alea iacta est, edamus nunc singulas aedificia huius partes, prouti quotidianis usibus singulæ inserviunt.

— Nimis in longum res deduces, — Forfex ait, — si cuncta singulatim, nominatim, et quasi viritim persequi volueris, atque, uti fert iste (meque indicavit), qui nuper adversus ea, quae traduntur «ossiculatim» argute dixit, praesertim cum plura, immo plurima sint, quae communibus possint nominibus desi-

gnari. Nam unaquaeque statio loca ubi custodes habitant, aulas habet scriptorias, aulas telegraphi, aulas in quibus, sarcinae, mercesque deponantur saltum ad tempus; quas si volueris «emporia» dicere, non abnuam, neque vetabo; habet domicilia inservientium loco, habet, quamquam id non omnibus, officinas lignarias, ferrarias, itemque hisce artibus fabros addictos, qui sub dio certe dormire una cum uxoribus liberisque non possunt; habet nobilissimum pro viro stationi praefecto, et rebus hominibusque stationi operam navantibus... —

Turo, qui avebat aliiquid inserere, interrupit, et: — Omnia dicenda sunt, — ait, — omnia, quae possumus et quae scimus; recensenda sunt igitur bivia, trivia, quadrivia, tesserarium...

— Ne ulterius procedas! — hic ego exclamo —; compescere remos; navis enim aut arat in Syrtibus, aut in Aras... —

Pereulcus Turo: — Numquid ad altare appuli? Et quidem stationes sunt, quae parvum altare habeant, in Russis praecipue, immo et in ferrovii huius imperii memini legisse me carros esse ad morem templi instruetos, in quibus altare et cetera sunt, quae sacris faciundis opportuna creduntur; idem quippe Deus viatorum est ac stantum, nec quis, quia viator est, a religionis debito solvitur. —

Turoni ego: — Minime appulisti ad altare; sed male intellexisti, quae allegorie de navi, recte de tuo eloquio dicebam, quum per bivia, quadrivia, tesseraria fortassis incante vagaretur; nam

Saxa vocant Itali, mediis quae in fluctibus, Aras.

Nunc vero, antequam de biviis et quadrivis sermo sit, tesserarium ac tesseras tuas istas propius et aspiciamus et perspiciamus.

(Ad proximum numerum).

H. DE VECCHI PIERALICE.

cum proferri d
supremus milit
litaris disciplin
adirent. Praecl
tant perficiunt
petitu ducti pr
sociant.

Ad immensu
mus stadium, q
et inelytum adv
etura «Amphi
revocat; aditus
structo, magnifi
denique tantun
queat recipi.

Praeferea ac
opera, quae, qu
haberi soleant,
Quibus rebus vi
quantae gloriae
fuisset ostentu
rium nefarium
rem satis alias
Cicerone.

DE
Sed ea iam
chinariae doctr
Saeculum XII
mus honore po
naverit eorum
videntur, factu
duntur, sed pa
lebrantur. Seim
buisse illos vir
historiae, bibli
perbit ipsis hum
singulare lumen
dibilis quaedam
praevertentis te
nomina ubi re
par vel Petro
vel Raimundo
noritae, vel Th
nietur, qui aliq
iudicetur. Atqu
mos, quasi ad
sieis post inqu
alas, physicis
dicerem, dediss
et admirabilia
laudantur.

Equis enim
Albertus Magnu
tam pulsantibus
Quod quidem
adolescentulus
pavens evertit p

(1) Cfr. num. su

imum, admiramur.
cuius media pars
cata est, ut, quum
it suspensus, alter
Opus vero est tan-
trem trabis pars
e ritu in aere su-
listet, ubi quanto
ctores, facile patet.
ndamus loca, quae
cripta in omnium
sum, cui a tenebris
ingredimur, neco-
conspicatur. Pro-
narum ambagibus
in tetrico tene-
s occurunt manes,
illine lacum, nunc
a suppliciorumque
rante, attoniti im-
quin haec machi-
erfecta, ut frusta
nam modo omnia

ariarum nationum
quippe modo inter
inter Latino-Ame-
ponos, nunc inter
orūmque mores et
git multa doctis-
t; esse tamen et
nam bestiis digna,
diam hanc viam

ret atque contexit,
queant, in publi-

eum proferri dieuntur. Qua re permotus, Miles,
supremus militum imperator, decrevit, ne mi-
litaris disciplinae ephebi haec viae mediae loca
adirent. Praeclarā quidem et miranda excogita-
tant perficiunt homines, sed bestiarum appen-
petitu ducti praeclarā pravis heu! et turpibus
sociant.

Ad immensum denique et opiparum accedi-
mus stadium, quod forma et structura egregium
et inclytum advenas magnopere allicit. — Struc-
tura «Amphitheatrum Flavium» in mentem
revocat; aditus, venusto columnarum arcu ex-
structo, magnificus aedificioque dignus; spatium
denique tantum, ut decem millia spectatorum
queat recipere.

Praeterea adsunt alia artis industriaeque
opera, quae, quum in aliis terrarum ostentibus
haberi soleant, facile omitto, ne longior sim.
Quibus rebus visis et perspectis in promptu est,
quatae gloriae Americanis et superbiae hoc
fuisse ostentum, nisi Mac-Kinleyus per sica-
rium nefarium ibidem esset interfactus! Quam
rem satis alias commemoravi.

Ceterum insignem hunc rerum ostentum, ce-
terarum gentium hominibus exclusis et remotis,
ab Americanis iisque solis exstructum est, ut
quam latissime pateret, quantum arte, et in-
dustria, et mente, non dictis sed re ipsi vale-
rent et possent.

Chicagine.

H. DOSWALD.

DE HOROLOGIIS ⁽¹⁾

Sed ea iam attingimus tempora, quae ma-
chinariae doctrinae et artis laude floruerunt.
Saeculum XII et XIII praesertim hoc indicamus
honore pollere, quum ad nos usque ma-
naverit eorum notitia, quae incredibilia dictu-
videntur, factu autem non modo possibilia tra-
duntur, sed patratī facinoribus laudanda ce-
lebrantur. Seimus enim in mechanicam ine-
buisse illos viros, quorum adhuc nomine sonant
historiae, bibliothecae opera servant, dum su-
perbit ipsis humanum genus. Fuit enim in hisce
singulare lumen et acumen ingenii, fuit incre-
dibilis quaedam ratiocinii vis, fuit quaedam
praevertentis tempora mentis potentia. Quorum
nomina ubi recitavero, vietas mihi quisque,
etsi dissentire cupiat, dabit manus; nemo enim
par vel Petro Lombardo, vel Alberto Magno,
vel Raimundo Lullio, vel Rogerio Baconio Mi-
noritae, vel Thomae Aquinati tam facile in-
venietur, qui aliqua ex parte non hisce subesse
iudicetur. Atqui seimus ex hisce quamplurimi-
mos, quasi ad recreandam animam, metaphy-
sicis post inquisitionibus defessas plicantem
alas, physicis operibus, quae potius portenta
dicerem, dedisse libenter et mentem et manus,
et admirabilia confecisse quae vel hactenus
laudantur.

Ecquis enim nescit de automate illo, quo
Albertus Magnus, quasi servo, utebatur, ut por-
tam pulsantibus aperiret, et salvere iuberet?
Quod quidem, ignarus rei Thomas Aquinas
adolescentulus, dum ingreditur et salutatur,
pavens evertit promisso brachio, propterea quod

restat adhuc celebre illud Alberti dictum: « Vi-
ginti annorum opus confregisti, Thoma! »

Ut praeterea ceteros ne longior sim, Rogerio Baconem tantummodo memorabo, cuius in Opere minori iuxta finem quamplurima leguntur, quae nostra actate apparuerunt, ac duae restant adhuc adinventiones, quae nondum satis coruscaverunt. Haec omnia vir ille insignis in Opere tertio explicabat, quod manu scriptum in bibliotheca Aracoelitana servabatur usque ad ultimos saeculi XVIII dies. Sed, Roma in potestatem et dominium Gallicae Rei publicae redacta, raptis, raptatisque insignibus monumentis ac divitis, una cum columnis pretiosissimis illius aedieulae, quam imperatrix He-
lena in templo excitaverat, Minoritis templo et sede electis, opus illud Baconianum disperit, nec de columnis, nec de libro, prout nec de reliquis quae arte, materie, fama apud privatos et patricios praedieabantur, aliquid compertum est.

Haec fortassis extra causam huius eluebra-
tionis et ordinis alieni videri possunt inscripta;
at iste consideret nos ideo hue intulisse, ut
opinioni nostrae sterneremus yiam, qua suspi-
camur inter eos fuisse, qui primus egit de
horis metiendis artificio machinae rotis confe-
ctae. Sive convoluta ex chalybe lamina et in
pristinam nitente formam, sive ponderibus ro-
tae maxima adhibitis, ut motus cieretur, quis
primum usus fuerit, incertum; certum est ho-
rologii ex rotis primum artificem delitescere in
tenebris; certum est saeculo XV et XVI, idest
ante Galilaei aetatem horologia exstisset, et
Romae fuisse, quorum tutela et custodia, sti-
pendio addito, honoris et auctoritatis causa vel
patriciis credebat, prout illud ex prospectu
Aracoelitanae basilicae. Haec ex archiviis tum
Capitolinis, tum publicis patent, et legisse mem-
mini; mirabar autem et frusta quaerebam quo
argumento motus ille rotarum temperari pos-
set absque « pendulo », quod a Galilaeo inven-
tum dicunt, considerata lampade nutante semel
mota, et arcus describente inaequales semper
eodem tempore, ita ut a maximis ad minimos
motus semper tempus idem intervallis praees-
set. In hisce itaque tenebris dum versamur, non
audaciae, sed temeritatis nota eum duo di-
gnum, qui horologiorum rotis constantium vol-
uerit auctorem indicare; idque eo magis quia
tunc temporis, vel ea circum saecula fuere ur-
bes et oppida, quae pretio quovis publica ho-
rologia non modo habere voluerunt, sed illa
optarunt in aedificiis publicis ita affabre facta,
ut simulacris agentibus horas indicarent, me-
ridiē, horasque ceteras adventu imaginum de-
corarent, taliaque viderentur, quae vel futuri
aetatibus admirationis causa essent. Nec ex
hisce urbibus defuere, quae artifices pulcherri-
mae huius generis machinae oculis orbarent, ne
aemulæ urbes vel paribus, vel melioribus ute-
rentur; quod quidem tum de Macearatensi ho-
rologio, tum de aliis narratur.

Eodem fere tempore, — sed rectius credo XV
saeculo, — quum exploratum iamdiu esset eam
esse chalybi vim, qua in pristinum rediret mo-
dum quaeque ex eo lamina, dextrorsum quamvis,
vel sinistrorsum adacta, si libera relinqueretur,
euidem ex Genava helveticō, ut fertur, in men-
tem venit nova horologii constructio, quae tum

perpendiculo, quod *pendolo* italice dicitur, tum
perpetuo illo impetu rotarum careret. Hic enim
taeniola exigua chalybis circumvoluta et crea-
dita circulo, cuius hastile duos tantummodo,
certo angulo praeferret dentes, qui horizontali
rota impares numero dentes habente immor-
derent ita effecit, ut quum superior cireuli,
quem agitaculum dicemus, dens ageretur, mox
alter inferior in dentem rotæ incurseret, quam
ita prohiberet quominus voveretur, cedente in-
terea paullisper taeniola chalybis et mox vir-
tute nativa revertente in contrarium. Quo factum
est ut perpetuus isque isochronus, ut vocant,
motus haberetur, cui, ne attritu contactuque
rotarum consenseret, validior ex chalybe taen-
nia in ultima et praecipua theca virtutem sup-
peditabat, quum ex angusto cohita liberare
se conabatur. Cetera, quibus designarentur ho-
rae, ut in ceteris, indici, et indicibus, seu sa-
gittis, seu cuspidibus tradebantur.

Medioecia primum horologia hoc artificio
condita fuerunt, quae tamen in peris vestium
abdi possent et circumferri; nec facile narratu-
est quanta horum cupiditate Europæi primores
principesque flagraverint; et maximi emerunt
supra quod credibile sit; concedo autem thecas,
quibus machinulae claudebantur, non modo ex
argento, sed ex auro factas, et summo magi-
sterio caelatas, et adamantibus unionibusque
distinctas. At mox exigua fieri cuperunt, eoque
ventum est, ut vel in annulis continerentur,
iisque machinatio adderetur quae horas cieret,
sive tintinnabulo interius resonante, sive ave
aliqua assurgente quae arcano artificio vocem
emitteret iuxta numerum horarum de quo ma-
china rogabatur. Et audivi traditum quod Ro-
manus Princeps De Auria, si memini, regias
ingressurus choreas in Anglia, tot aurea in
vestimento horologia adamantibus corusca pul-
cherrimis ferebat, quot habere globulos debuisset,
quibus vestes pectori haerent. Singulorum autem nodorum huiusmodi pretium quin-
decim libellarum inter et viginti millia iudicabatur. Haec abhinc saecula duo, neque ho-
rologio thecae ad noctianum pulverem aureae
et gemmatae carebant, quos dono reges, prin-
cipesque viri iis dare solebant, quos munere
dignos existimarent; neque horologio pectorales
virorum aciculae, et mulierum caruerunt. Me-
mini apud amicum meum Ioannem-Carolum
Rossi me thecam auream tabaci pulveri con-
dendo ferendoque addictam vidiisse, quae regna
Ludovicorum XIV, et XV in Gallia noverat, ita
pulcherrime caelatam figuris, foliis, meandris,
ita adamantibus versicolore, ita picturis mi-
nuseulis neque minus bellis ornatam, quas en-
causto dicunt, et graphicè decoratam et affa-
bre, ut ferme rei miraculum videretur; quod autem
exspectationem vinebat horologium erat
inclusum; nam, praeter horarum indices, no-
dum sub angulo ingeniose occultatum habebat,
quem ubi tetigisses, operculum aureum facie-
latioris suapte vi aperiebatur, atque inde psit-
tae hastulae insidens assurgebat, qui, salutans
collo et capite circum videntes, cantabat quasi
tibia minima, (*minuetto* hunc Itali nominabant
cantum); eoque absoluto, mox alia assurgebat
tota simul avis, coelus, totidem voces illas
« coelù, coelù » edens, quotae ab indicibus horae si-
gnabantur; quartam quamque singulam horarum

(1) Cfr. num. sup.

partem psittacus, quasi incipitans, indicabat. Isaac Soret, helveticus genere, ut aiunt, egregia super omnes horologia haec portatilia confecit, iuxta horas et sciscitantis lubitum timentia, quae ita sunt, ut hactenus duobus et ultra a saeculis absque vicio perdurent. Nostro tempore, aemulatione quadam inter civitates excitata, tum lucro suadente, tum machinis singula horologiorum membra facientibus, quae olim humana manus tantum dolabat, limabat, aptabat, parvi venduntur; quamvis nonnulla et sint, quae magno pecuniae pondo venalia prostent, tum optime perfecta machina, tum thecis aureis, gemmatis, caelatis.

Lectorum horologia hortabor verbis suavissimi epigrammati illius, quod vetus poetria Paulina Massimi e Talleacotio ita claudebat:

*Proh! quae tot numeras horas, o machina, praebe,
Qua miserae liceat sorte iuvante frui!* (1)

G. P.

ANNALES

Athenienses tumultus — Columbianum bellum — Chilena atque Argentinae aemulationes — Transvaaliana.

Athenis ad Iovis Olympici columnas viginti millia civium comitia habita sunt, ut de sacris Evangelii ex graeco antiquo sermone in recentiorem convertendis negotia agitarentur. Ausus enim huiusmodi a nullo homine antea tentatus, cum recens quibusdam ab interpretibus esset susceptus sacrilegii speciem praetendere Graecis civibus visus est. Itaque post multa et varia disputata, statutum denique est ut Episcoporum conventus interpretes illos censura notaret: mox e comitiis in pompam versa turba urbis vias transmeavit, ac tumultu exigitato in eos qui sibi adversarentur vim adhibuit. Diariorum inde *Akropolis* atque *Asty* aedes a militibus defenduntur; iuvenes athenaeum militari ritu occupant, quos et cives multi cum armis convenere. Ortis per vias proeliis ipse vigilum praefectus vulneratur; Procopius Oeconomidis metropolita, urbanarum cohortium tribunus, suo se munere abdicat; Vassos, utriusque militiae praefectus, copiarum omnium imperator adlectus, ut rempublicam defendat caveatque ne maiora detrimenta capiat, hoc praesertim tempore cum rerum civili rationes in Graecia omnium concordiam expostulant.

*

In Columbia, Americana republica, cuius litora tamdiu, quamvis arte Europaeis gentibus occultata, sedition tenet, res ad meliora converti hand videntur.

Dum enim Colon, urbem Columbiam caput, in quiete morari affirmant, et negotia facile agitari, nec advenas, nec cives ab ullo homine petitos, non tamen a bello abstinetur; dum perduellum captivi liberantur, ipsi vicissim Colon ex urbe ad Cascadas moenia viae ferreæ stationes omnes occupant, eosque in reipublicae milites, Panama et Cascadas ipsamque Colon urbem occupant. Implicitus sane nodus atque

(1) Italice: *O di tante che f'escano dal seno,
Macchinetta gentile, un'ora sota
Segna, un'ora per me felice almeno.*

paene Gordianus et insolubilis! Quamquam videtur iam aliquis adventare Alexander, qui nexus hunc rigidum gladii ietu dividat. Americana classis advenit, eaque ab ipso Herron, columbiano apud Foederatas nordicas civitates legato, expedita; advenit quidem ea specie, ut Panama oppidum fretumque tueatur, iterque navibus et commerciis liberum servet. Reipublicae enim magistratus, etsi Panama fretum ubesque muniverint, timent tamen ne valeant iam perduellum armis obsistere. Sed timent ex se quoque Galli; timent, si res perduret, ne media omni America Foederatae civitates sint potiturae, et suas quas in eadem colonias habent, direptas cito videant; itaque navem ex sua classe iusserunt in portu stare, quae aemulos in officio contineant.

*

Instant similia e Chilenis atque Argentinis finibus, ob Alpium iuga nonnulla, quae hinc illi, inde isti, sui iuris asserunt. Praesidiis Argentini munierunt locum, cui nomen « Ultima spes »; contra Chileni legati aperte declararunt suos ab armis parandis non recessuros, quodunque illi « ultimam spem » non relinquant. Quid inde? An Argentini... hanc spem abiiciunt?

*

Interea pergit sibi constans atque cruentum saepe Transvaalianum bellum. Anglorum, qui e Blaw Krantz loco discedebant, in extremum agmen impetum facientes Boeri, Steijn doctore atque De Wet imperantibus, pecudes, quas illi abigebant, diripiunt. Quatuor per horas pugnatum: anglorumque inter optiones Radziwil, alter a centurione, obiit, Wilson autem tribunus ex equo deiectus est. Ceterum Elliot, Anglorum centurio, Boerorum cohortem Maeclear in locis adortus est et dispersit; victoriam vero ipso vito prelio emit.

Neque est tacendum Boeros provocationem contra hostes suos apud Hagensem coetum ad pacem tutandam constitutum, interposuisse. Frustra tamen. Magistratus enim illi supremi, post delibatam vix Boerorum petitionem, sui fori suaequae iurisdictionis non esse hanc causam responderunt: necesse esse ut altera quoque pars libenter ac sponte iudicia expeteret; cum vero repugnet, iamque armis suam fortunam omnem commiserit, ad quid sententiam dicere?

Armis igitur atque virtuti suprema fata decernenda manent.

POPLICOLA.

PUBLICI PER ORBEM COETUS LEGIBUS FERENDIS

In Bulgaria regia oratione sessiones resumptae: de amicitia praesertim cum Russis atque de grato animo in eos habendo hortationes a principe iteratae.

In Chilena republica de controversiis atque discordiis quae forte insurgent Brasilienses inter atque Chilenos pactio coram populi oratoribus coramque senatu approbata, ut selectorum iudicium arbitrio remittantur.

In Gallia solemnis habita disceptatio coram populi legatis, qui acerrime locuti sunt contra Anglos primum, deinde contra Turcas, exquirentes a summis rerum administris ut firmo animo Gallica iura vindicentur, atque Christifidelium tutamen Gallis concretum exerceatur. Disceptationis finis fuit suffragio-

gium late favorable erga ipsos administros a comitiis latum. De Sinensis belli expensis aere alieno novissime ineundo sustinendis deinde actum est. De detrimentis Fidei praeconibus sarcendi dubitatum; at ipse administratorum praeses fusa oratione ius Gallis antiquitus adscitum asseruit, sacras ad exteros missiones tuendi, fovendi, publico sumptu servandi.

In Graecia de seditionibus, supra, in *Annalibus*, a nobis enarratis, acriter in legatorum popularium aula disputatum est. Qui contra administratorum sunt, eos vel inter sicarios accusarunt; inde conventum intermitti oportuit, et administratorum collegium suum munus dimisit.

In Hungaria Franciscus Iosephus imperator et rex locutus est aditiali in sessione coram comitiis. Dixit de foedore innovando, quo Austra et Hungaria iunguntur, de vectigali lege statuenda, de pecunaria re maxime curanda; denique de pace feliciter haec nos servata atque in posterum tutanda.

In Iberia lex coram populi oratoribus lata de argenteis nummis non ultra euendendis.

SCRIBA.

AENIGMATA

I.

*Prima diu vox pervasit mare tempore prisco;
Altera discindit, quos bene iunxit amor.
Particulam vox tota notat terrae benedictae,
Omnis quae mundi clara magistra fuit.*

II.

*Lilia prima peralba serit per lutea prata;
Altera sed pratis volvitur in luteis.
Totaque vox, similis rivo per prata fluenti,
Mentem delectat, murmurat atque sonat.*

O. SCHULTZE.

Ex sociis, qui utriusque aenigmatis interpretationem ad commentarii moderatorem miserint intra duos menses, unus, sortitus, gratis accipiet PETRI ANGELINI opus, cui titulus:

DE POETIS ET NUMERIS LATINIS.

Aenigmata an. IV, n. XIX proposita his respondent:

1) Rex, Sex, Xeres — 2) Is-sus.

Ea rite soluta miserunt:

. Th. Vignat Sch. Piar.; Caiet. Destro; Quint. Mirti della Valle; Ant. Lassota, Roma. — D. Le Provost, Briocen. — Guil. Schenz, Ratisbona. — Valentinus ab Aletrio, Tuscuto. — Eug. Sosio, Bormto. — Car. Stegmiller, Sabaria. — A. Mesek, Traenik. — Alb. Sesia, Vercellis. — Ios. Wabner, Varsavia. — Fr. Altobelli S. L. Neapoli. — Herm. Gini, Taurinis aquis. — Ioan. Cantone Ceva marchio, Ronco ad Bugellam. — Princ. Gordon, Maneunio. — St. Figielksi, Rymino. — Eliz. Lancher, Corduba. — E. R. Massey, Bicester in Anglia. — Ad. Huza, Grybovio. — Collegium Sch. Piar. Stellae. — Am. Robert, Marieville. — Ad. Skrzypkowski, Scimice. — I. Szymaitis, Opitoloki. — Fr. Sallares Sch. Piar. Sabadeito. — Alex. P. Gest, Lamberville. — C. Sokolowski, Petropoli. — I. Walter, Neo Eboraco. — Ioan. Sobczynski, Katisk. — E. Burg, Argentorato. — L. De Rubeis, Ignivio. — Alois. Zaforteza; Mich. Vidal, Palma. — P. G. Z. Modoetia. — F. Arnori, Mediotano. — Cam. Straschill, Villaro. — Petr. Garrone, Pessana ad Tercellias. — Ant. Urbina et Ortiz, Morelia. — V. Cariolato, Vicentia.

Sortitus est praemium

E. R. MASSEY,

ad quem missum est opus, cui titulus:

PETRI ANGELINI

LOLLIUS

SIVE

DE PROVECTA LATINITATE.

Errata corrige. — In primo superiorum aenigmatum versulege "Tota", non "Toto"; in postremo autem "praeant", non "pereant".

Sponsor: IOANNES BAPTISTA CIAMPI, iurisperitus.

ROMAE — Ex officina Pacis Phil. Cuggiani.

PER ORBEM

BARCINONIAM prae ceteris urbibus inquietam reddit novi semper tumultus, novae semper discordiae agitatae. Civilia bella in Cata-launiensium mores venisse quodammodo quispiam credere potest, perardumque fieri incolis illis annum sine caede transire. Sunt modo iuvenes, quos athenaeorum scholis operam dare oportet, primi iurgiorum rixarumque causa. Quorum factiones duae sunt, altera libertatis studens, altera suae provinciae ab Iberico dominio vindicandae. Hinc igitur et inde ventum est ad manus: pugnantes ut cohiberent pedites equitesque supervenere, qui hand facile armis luctam sedarunt, iuvenesque parum cautos repulerunt ad suas domus.

Pariter et Cogollos in oppido, quod est apud Granatam urbem, irae inter oppidanos de curionibus sui municipii eligendis commotae, atque ita, ut cives imperfecti, militesque sint vulnerati. Tribles, urbs in Auriensi provincia, haud dissimilia vidit; ibi enim ballistis, et lapidibus, et mucronibus pugnatum est.

Iberica tamen a Russicis facinoribus victa sunt; quorum per fines persequi fatale est ea conamina, quae pessimi quidam factiosi homines in perniciem suorum audent. Peristylium erat Odessa in urbe, cui Medela nomen, arte pulcherrima exstructum, tabulis, statuis pieturisque muralibus ditissimum. Erant circum eauponae quidem insignes, quarum merces ad multa nummorum millia aestimabantur. Ecce autem in fundamenta nescio a quo scelesto homine ignis submittitur: ardet brevi excelsa moles, latus pereunt, cedunt musiva et signa, eauponae ruunt, merces consumit, redacta in cineres omnia. Similia Petropolis ex finibus cito innotuere. Aedes sunt tironibus erudiendis, qui in classem Russicam cooptantur, eratque aula in aedibus ligneis referta naviculis scaphisque, quae parva effigie reddebat totius classis specimen, qualis quantaque esset demonstrantia. Modo — heic quoque latet criminis auctor, — igne in aulam iactato aut immisso, aedium pars misere deleta, naviumque exemplaria in pulverem dispersa sunt.

Nunc vero, quoniam navalia recolui, silere non licet novam iam in nordicum mare expeditionem Norvegis in littoribus comparari. Eam ipsa popularium legatorum comitia decreverunt, legisque ratio fuit, ut exploratorum suae gentis, qui hactenus per hyperboreas glacies morti occurrerunt, sedula opera corpora requirantur. *Frids'of* navis est hoc ad iter designata; quae iam instruitur vestibus, et eibis, et armis; nautasque habebit duodecim.

At dum Norvegi extre mas glacie s iterum
iterumque peragran t, caerulas aëris vias ae-
mulo studio Brasiliani aggrediuntur. Santos
Dumont, audace m illum aerona utam, cuius co-
namina tandem vidimus haud inania cessisse,
Severus quidam Augustus, orator populi notis-
simus, viginti per annos aëriae navigationi
cum studuisse t, sequitur. Qui quidem Lute-
tiam et ipse petiit, officinae que Vaugirard in
via constitutae aëream navem, quam ipse animo
concepit, exstruendam commisit.

Neque Augustus ille aërostatica in disciplina haud quidem tirunculus censendus, qui iam Ianuariensi in urbe, aëream seapham conseruit a Bartholomaeo Gusmaio nuncupatam, et multos in aërem incursus iteravit.

Quinimmo in suae patriae legiferis comitiis auctor ipse rogationis fuit, qua constitue-

retur premium quod Santos Dumont civi suo
ob arreptum aëreae navigationis principatum
solveretur. At vicissim, aemulatione virtutis
incensus, novum extruere globam sibi voluit,
eius forma longe diversa dicitur a globo, quo
Santos Dumont usus est. Pinguor enim atque
brevior navis simulque solutior, quippe quae
nullis metallicis circulis aut loricis obstrin-
gatur. Rota atque alae globi electride agun-
tur; ostiolum aptum ad aerem emittendum nul-
lum est, sed externa vi aer qui superest ei-
citur. Experimentum quod proxime agetur
optatisne respondebit? Poteritne Augustus iter,
quod sibi constituit, a via Vaugirard ad mon-
tem Martyrum feliciter explere?

tem Martymrum relictæ expiere?
Oh utinam volanti Daedalo concedantur iusta
audaciae praemia! Properabit enim dies in
quo nos omnes inflato globo sublati, humilibus
his terris relictis, lunæ montium auris levio-
ribus, iisque snirabilibus magis fruamur!

VIATOR.

VARIA

Fulmina et arbores.

Fama et experientia exploratum est fulminis ignibus nonnullas arbores ita patere, ut non modo periculosum sit sub earum tegmina confugere, nimboса saeviente procella, sed quae-sitae morti propemodum simile, haud aliter ac si quis prudens et sciens in interitum rueret voluntarium. Primum inter has fatales et funestas arbores quercus locum tenet; nam sex-centas inter proximas arbores hanc unam fulmen percudiet, nullumque lauros et fagos attinget. Suo loco syllabum plantarum huiusmodi dabisimus, ut ab hisce lectores nostri caveant, si necessitas, furiante nimbo, eos ad refugiendum compulerit. Physicus Vockert, causam rei altius inquirens, opinatus est hoc fieri ex quadam copia adipis, qua nonnullae prae aliis abundant, ex qua fit ut quae villosas frondes arbores habeant sint magis fulmini in deliciis, perque eas facilius demittendum in humum sese credat. Hinc nullum, aut fere nullum lauris fulmen, nullum et fagis, magnoliis nullum. Quod ut probaret, electricae machinae diversa folia exposuit: irrecusabile iudicium de re tulit elec-trides.

Berolini animalium annua caedes
ad esum.

Quae Germaniae princeps et caput urbs
anno 1870 nonigenta hominum millia numerabat, anno 1890 septem ac decem centena millia, anno 1900 vicies circiter centena millia numerat. Si eruditus cuiusdam viri sententiae assentiri volumus, ita Berolinum crescit quod prae ceteris Europae urbibus carne vescatur copiosissime, et praesertim suilla; sues enim quotannis 700,000 ibi occiduntur, dum Parisiis vix trecenta millia. Iterum ibi boum quinquaginta ac duecenta millia, vitulorum centum et quinquaginta millia, equorum optime saginatorum decem millia. Agnorum vero, ovium, vervecum, caprorum et caprarum pene infinitus est numerus, qui pullis eiusvis generis et venaticis volucribus et quadrupedibus additus pene conficit

ingentis caedis acervos.

O si de pietate hominum animalia iudicium
ferrent!

Femineum Imperium.

Ambitu Russae dominationis includitur hoc singulare mulierum imperium, cui ex regione nomen est *Besjuko Vschischina*. Septem habet

vicos, qui, feminis gerentibus omnia quae ad rem publicam sunt, administrantur. Septem sunt igitur, singula per oppidum, feminae principes, quibus municipii magistratus est, et «syndicae» appellantur singulæ; quae extra numerum eorum est et septem praeest *Saschka* nuncupatur, nempe *Caucasi pugio*; ita enim interpretantur. Quot igitur ibi magistratus, quot officia municipii, nempe pedanei iudices, epistolarum distributores, oratores, custodes, vigiles, a secretis, cancellarii, cursores, tabellarii, nunci, accensi, quot scis totidem pone omnes, in palla et armillis et inaure sunt. Praestaret, mehercule, illuc ire visum homines domi quiescentes, equinisi, erinibus pectendis, assuendis pannis, linteis laneisque lavandis deditos, verrentes domum, fugantes araneas, pullos nutrientes, ac de filiis gallinarum habentes curam sollicitos!

Batavica horologia.

Hollandia novum quid in horologis induxit, quae publico ex turribus, frontibusque aedificiorum prostant. Unaquaque hora machinam habet sibi propriam; et opportuno momento non tot pulsantur ictus quot horae respondeant, sed per disposita ritu musicali campana aera maleorum oberrat percussio, qua theatalis cantio, vel militaris concentus editur. Hinc nova responsionum species: — Quota hora est? — Musica militaris! — Quota hora est? — Melos « Normae ». — Quota hora est? — Longobardorum cruceesignatorum chorus! — Et sic de ceteris. Quid vobis de re videtur? Mihi..... Cras dicam.

Ioci.

Uxor is litigaturae prudentia.

Carmosilla, publici de ferendis legibus oratoris uxor, quidquid diaria de marito scriberent « fanda atque infanda relatu », colligebat, conservabat, volumini ad rem constituto inse-rebat. Amica Fauua facientem cum vidisset, rei causam rogavit. Tum Carmosilla: — Hisce optime utor; nam quoties avarus hic me incre-pat et culpatur ob luxum soluturus mercatori, sutrici, aurifici pecuniam, omnia vituperia haec, quae memoriae mando, in caput sordidi viri coniicio ab alpha ad omega. Victus ille impro-periis tenaces expandit manus, atque optata ego fruor pecunia.

P. d. V.

LIBRI RECENS DONO ACCEPTI

MINISTERO DELLA PUBBLICA ISTRUZIONE.
L'amministrazione delle antichità e belle
arti in Italia (Gennaio 1900-Giugno 1901). —
Romae, ex off. Cecchini, 1901.

Le Favole di Fedro con commento e vocabolario del Dr ERMENEGILDO DE MICHELE, Professore nel R. Ginnasio di Campobasso. — Neapoli, ex off. Michaelis D'Auria. 1902.

NUOVA, DI UN LIBRAIO D'ADRIA, 1902.

LUIGI CASTRO CRIMI. II "Tempus actionis perfectae," in Latino. Breve trattazione storica e comparativa di un Capitolo della « Scienza del Linguaggio » con due appendici. — Calathanisii ex off. Fr. Arnone, 1900.

Dr TRANQUILLO CORBETTA. Tavole pratiche di declinazione e coniugazione greca. — Mediolani, ex off. Bernardoni, C. Rebeschini et Soc., 1901.

C. F. ALAIS. *Diálogos mísicos* (Recuerdos de estudiante) con una carta prólogo de D. RAFAEL FRAGUEIRO.—Lutetiae Parisiorum edid. Fr. Garnier, 1901.

I costumi romani nelle Satire di Giovenale. Commento storico filosofico del Prof.

* FIDES *

(Italice Violino)

quod musicum organum

STRADIVARIUS

CREMONENSIMUM ARTIFEX CELEBERRIMUS

CONFECIT

Romae veneunt.

Negotium agitur apud Commentarii *VOX URBIS* administratorem, ROMAE, via Alessandrina, 87.

Sociis qui in Nordica America versantur vehementer commendamus quod a Sodalibus Carmelitis novissime institutum est ac regitur

COLLEGIUM SANCTI CYRILLI

ad liberalem eamdemque Christianam et nostrae aetati aptam institutionem iuvenibus comparandam.

Prospectus studiorum et regularum, quae collegium moderantur, petatur ab ipsius Collegii Preside, 6413 Star Avenue (Woodlawn) — Chicago, Illinois.

Nuperrime prodiit

LOLLIUS, sive de proiecta latinitate, PETRI ANGELINI
paginis CIX, excerptus e Commentario *Vox Urbis*. - Venit
lib. **1.50**, apud eiusdem Commentarii administratorem,
Romae, via Alessandrina, 87.

Ciapponi Franciscus et Soc.

OFFICINA

ANAGLYPTIS, GEMMIS CONCHISQUE CAELANDIS

PRAESERTIM IN REDDENDIS FIGURIS
PHOTOGRAPHICE EXPRESSIS

TEMPERANTIA IN PRETIO — DILIGENTIA IN OPERE

ROMAE — VIA SISTINA, 129 — ROMAE

IBER (vulgo "ALBUM")
praecipua Urbis referens, pulchritudine insignis atque, commentarii *Vox Urbis* moderatore iubente, expresse conflatus, apud eumdem commentarii administratorem, ROMAE, VIA ALESSANDRINA, 87, ven. lib. **1.50**.

FIGURAE URBIS ROMAE

ARTE PHOTOGRAPHICA EXPRESSAE

COLLECTIONES VARIAE ET NUMERO ET PRETIO

Veneunt apud comm. VOX URBIS Administratorem.

URBIS E IANICULO MONTE PROSPECTUS

(m. 1.10 × 0.24)

qui sociis commentarii *VOX URBIS* dono datur,
venit singillatim L. **2.50**

apud comm. VOX URBIS Administratorem.

SI QVIS PLURA REQUISIVERIT HUIUS PROSPECTUS EXEMPLARIA
EA MINORI ACCIPIET PRETIO.

LE LAUDI LATINE

IL CANTICO DEL SOLE

DI
S. FRANCESCO D'ASSISI

S. Maria degli Angeli, presso Assisi, tip. della Porziuncola, 1897

Hoc libello praeter venustam praefatiunculam a Paulo Sabatier, viro rei longe peritissimo, conscriptam, continentur laudes latine cum interpretatione italica, *Canticum Solis*, necnon illa *Speculi perfectionis* capita, quae *Cantici* originem exponunt, aliqua permulta. Libellum, quem proxime alii subsequentur ad parvam *Bibliothecam Franciscanam* comparandam, Iulius Salvadori, litteris tradendis doctor egregius, maxima edidit cura. Romae apud commentarii *Vox Urbis* Administrationem venit L. 0.50, in pauperum levamen.